



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. An vt maritus promoueatur ad Cardinalatum, opus sit, vt vxor
ingrediatur Religionem, vel sufficiat, vt remaneat in sæculo cum voto
Castitatis, siue in inuenili, siue in senili ætate constituta ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

384 Tract. VII. De Potestate, & Priuilegiis.

in antecedenti statuta sunt. At in clausula antecedenti statutū est, ne quis Cardinalium reueleret vota in Consistorio data & quæcunque ibi gesta, vel dicta, quæ in odium, præiudicium, aut scandalum aliquius redūdate acuelata possint. Ergo hæc reuelantes in Excommunicationem incidentur. Sed Ego utrunque sententiam probabilem esse puto.

3. **S**econda difficultas est, an supradicta Censura sit vñ recepta? Et negatiè respondendum videatur ex celebri doctrina Patris Suarez de Censur. disq. 22. fett. 6. num. 8. & 9. vbi loquens de quadam Censura in dicto Concilio Lateranensi imposita, sic asserit: Mihi est valde dubium, an hac Lex, & excommunicatione vñ, consuetudine recepta sit; quod de omnibus Excommunicationibus illius Concilij affirmat Cajetanus, verb. *Excommunicatione in fine post cap. 81.* & Bartholomaeus Carranza in *Summa Conciliorum in fine illius Concilij*, & Nauarros, cap. 27. num. 110. & idem alias excommunications, que in eo feruntur, prætermitto. Ita Suarez; cui addes in terminis, ut dici solet, terminantibus Leonem de Censur. Recollect. 4. *listera C. ver. Cardinales 3. & Victorianum Premoli vbi supra.* Sed quando est dubium, an Censura sit vñ recepta, illam non obligare, satis firmari cum Azotio, Rebellio, Palao, & aliis, in part. 4. tract. 3. *Quid hic in toto 6. tr. 1. Ref. 41. & in Ref. 40. & 39. Ergo prope fin. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. §. Quia quidē. & in tom. 5. tr. 3. Ref. 37. Posset hec

*Quia hic in toto 6. tr. 1. Ref. 41. & in Ref. 40. & 39. Ergo prope fin. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. §. Quia quidē. & in tom. 5. tr. 3. Ref. 37. Posset hec

refol. 14. & firmat nouissime me citato doctus, & amicissimus Caramuel in *The. mor. lib. 3. n. 1347.* Ergo. Verum nolo in re tam gravi nimis indulgere; video tu cogitandum asserto Castrum Palam vbi supra, docere dictam Censuram esse vñ receptam.

4. Puto tamen cum dicto Palao te in hanc excommunicationem non incidere, si ea, quæ tibi Cardinalis iniquè manifestavit, quæque ipse à Pontifice secreto accepit, reueles. Tum, quia Cardinalis non es, quos tantum hæc constituto comprehendit. Tum quia non reuelas ea, quorum silentium tibi in dictum fit à Pontifice, tamen alii indicatum fuerit. In presenti autem Constitutione videtur requisitum, ut reuelatio secreti ab eo fiat, cui secretum à Pontifice commissum est, quia hæc est propria secreti indicati violatio in contemptum indicentis cedens.

5. Nota etiam hic, quid si aliquis, vel casu, vel dolo audierit ea, quæ in Consistorio dicta, vel acta sunt, & aliis narraret postea, non incidet in dictam Censuram; quia lata est tantum contra Cardinales, aut contra eos, quibus à Pontifice secretum commissum fuerit.

R E S O L . XXI.

An ut maritus promoveatur ad Cardinalium, opus sit ut vxor ingrediatur Religionem, vel sufficiat, ut remaneat in seculo cum voto castitatis, sive in iuuenili atate constituta sit?

Et cursum insertur, quid dicendum sit in predicto casu, ut maritus ad sacros Ordines, vel ad Episcopatum promoveatur?

Et an Dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de praesenti expirat, tanquam dignitas Clericatu annexa. Ita Ricciullus de iure personarum, &c. lib. 7. cap. 1. n. 16. qui obseruat hoc atate nostra contiguisse.

§. 1. **C**asus est curiosus, & de illo ego olim interrogatus fui à magno quodam Dynastæ quodam Cardinalatum vxorato, & affirmatiuam sententiam ex Anania do- in tom. 2. tr. 3. Ref. 116. & vlt. in fin. cet Manfredus de Cardinal. decif. 213. vbi sic ait. Car- dinalis non potest esse vxoratus nisi vxor Religionem profiteretur. Sic ille, & post illum Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 34. num. 2. & in hanc sententiam inclinat Ioan. Andreas in cap. sanè de conuer. coniugat. & ibi Abbas num. 3. Cardinalis in fine, & Acharanus in

fine. & ratio est, quia, ut habetur ex d. cap. sanè, & docent communiter Iurisperiti, & Theologici, ut mari- tus promovetur ad * Episcopatum, necessaria est pro- fessio vxoris in Religionem: ergo, & idem dicendum quod ad Episcopatum, & idem dicendum quod ad Cardinalatum, quia, ut Iurisperiti dicit, ut quis promoveatur ad Cardinalatum, quia, ut Iurisperiti dicit, ut quis promoveatur ad Episcopalem.

2. Sed ut aliquis vxoratus ad Cardinalatum pro- moveatur, ego existimo cum Sanchez de matrim. 2. tom. 2. lib. 7. d. b. 41. num. 4. non amplius desiderari, quād ad Ordines a viro assumendos, quia, ut verum fatear, non inuenio textum aliquem specialem in hoc casu differentem, & decadentem, neque rationes in contrarium cōcūncint, sufficere igitur ut vxor Cardinalis remaneat in seculo cum voto castitatis, sive vetula, sive iuuenis effet, nam hoc tantum sufficit de iure, ut vir ad factos * Ordines promoveatur, re- * Sup. hoc ste sapientissimo Basilio Pontio de matrim. lib. 7. cap. 3. num. 7. vbi sic ait. Denique dixerint neque anti- nes factos Ref. nov. eorum, qui ad alios sacros Ordines, præter Episco- patum, promovebantur, Religionem profiterentur, magis la- sed tantum ut continentiam in seculoyarent, sive principi- in senili, sive in iuuenili atate essent constituta, nam textus in d. cap. sanè solū agit de his, qui Episcopi or- dinabantur; text. etiam Alex. III. in d. cap. coniugatu, de conuers. coniugat. in quo de aliis ordinatis agitur, solū exigit ut continentiam profiteantur, ibi, nisi ab uxore continentiam profiteantur, sive in seculoyarent, minime discriminantur etiam vxores eorum, qui ad Episcopatum evoluuntur. & qui ad alios Ordines, accendent, quid illæ profiteri Religionem, istæ continentiam tantum vovere cogantur, idque forte sic constitutum est ob maiorem reverentiam statui Episcopali debitam. Ita Pontius, de rigore iurius lo- quando.

3. Notandum est tamen hic obiter quid dignitas Cardinalatus statim per contractum matrimonij per verba de praesenti expirat, tanquam dignitas Clericatu annexa. Ita Ricciullus de iure personarum, &c. lib. 7. cap. 1. n. 16. qui obseruat hoc atate nostra contigisse.

R E S O L . XXII.

An Cardinales in sua consecratione teneantur præstat in anumenum Romana Ecclesiæ. Ex part. 5. tract. 1. Ref. 95.

§. 1. **Q**uamvis omnes Prälati in sua consecratio- ne teneantur Summo Pontifici iurare si- delitatē Cardinales tamen ad tale iuramentum si- delitatis præstandum non tenentur. Nam licet Ponti- flex sit caput totius Ecclesiæ, et tamen, specialiori inveniuntur, & dicuntur ab his, quodam ratione Cardinalium caput, & Cardinales eius membra specialia respectu aliorum, dicuntur ab his, enim quasi ipsi Pontifici inuiscerati & quasi vnum alia Reli- gionis corpus ad eum vinum, ut Pontifex ab illis fidelitatis nos- tros in Ref. 116. iuramentum petret, quodammodo à se ipso petra, in med. videretur, contra decisionem textus in cap. final. de Nam Cas- salmanticibus, tom. 2. cap. 4. de iurewan. num. 4. alii eam & communiter Doctores.

R E S O L .